

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1579

Autre(s) référence(s) : Fauroux 135 / Tabuteau 207 / Round 71

Auteur(s) : Rouen, Sainte-Catherine ou La Trinité-du-Mont (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1037-1054]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard confirme et souscrit l'acte enregistrant les transactions suivantes : les moines de la Trinité-du-Mont de Rouen achètent à Raoul de Varenne cent acres de forêt proches de leur monastère, pour le prix de trente livres, et quatorze acres de terre arable à Blossesville-[Bonsecours], pour dix livres ; ils achètent le bénéfice d'Eude, cuisinier de Raoul, à Merdepluet (auj. Eauplet) pour dix livres ; le pré au-dessous du Pont-Honfroy pour dix livres ; une charruée de terre à Blossesville-[Bonsecours] pour seize livres ; la terre du pré de Sotteville[-lès-Rouen] pour dix livres ; ils vendent en outre un manteau à Raoul pour vingt livres et trente sous.

Pour cent acres de la même forêt, les moines versent aussi quinze livres à Roger, dit fils de l'évêque, cohéritier de ce domaine. Ils lui achètent la partie de la châtelainie (castellario) contiguë à leur acquisition, pour le prix de trente sous.

Guillaume, fils du même Roger, accepte la convention paternelle, après avoir reçu quatorze livres et dix sous des moines.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Deville Achille, *Cartulaire de la Sainte-Trinité-du-Mont de Rouen*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série), 1840, n° 27, p. 435.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°135, p. 309-311.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 71, p. 20.

Dissertation critique

Épiscopat de Mauger, archevêque de Rouen, 1037-1054.

Texte établi d'après b

Non inconsulte antiquorum ritu approbatum constat ut quod in constabiliendis rebus concors fidelium sententia approbat, hoc fideli litteræ tradatur, quæ longiore ævo perdurat. Cujus vivaci testimonio cunctis tam presentibus quam et nostris minoribus notum facimus, nos fratres in Rotomagensi Monte Sanctæ Trinitati Deo nostro in unum servientes, quod, habita cum Rodulfo Warethnæ emptionis conventionone, in perpetuum hujus nostri loci alodium e vicino ejus, centum acres silvæ, triginta emimus libris, et quattuordecim acres terræ arabilis in Blovilla decem

aliis libris, et item beneficium coci ejus Odonis apud villam dictam Merdeplud aliis decem libris, item quoque pratum pontis Hunfridi subjacens decem libris, item ab eodem Rodulfo terram unius carrucæ ad Blovillam pro sedecim libris, et terram prati Sottæ villæ pro decem libris accepimus, et in ejus necessitate pallium unum pro viginti libras et .XXX. solidos dedimus, item de supradicta silva centum acras emimus a Rogerio filio episcopi qui et particeps et coheres est ejusdem alodii .XV. libris, sed et ipsam partem de castellario, quæ nostræ emptioni est continua et ad ipsum pertinebat, emimus .XXX. solidis. Supradictas autem centum acras quidam noster familiaris, nomine Rogerius, suo adjutorio nos confortavit emere, quam ipse prior .XV. libras pro sexaginta acres dedit, et post ad centenam perfectionem aliis .XV. libris, quas solvimus, pervenire nos fecit. Hujus emptionis affirmatorem dominum nostrum Willelmum Normannorum ducem, ex ejus signo subter agnoscendum constat, et Rotomagensis archiepiscopi Malgerii subsignatam auctoritatem et hujus rei ne quis infringere presumat affirmationem.

+ S. Wilielmi, comitis. + S. archipresulis Malgerii. + S. ejusdem Rodulfi de Guarethna. + S. Beatricis uxoris ejus. + S. Rogerii filii episcopi. + S. Huberti filii Tuoldi. + S. Willelmi. + S. Hugonis. + S. Hepponis. + S. Rotberti. + S. Warnerii forestarii. + S. Erchemboldi. + S. Gunfridi. + S. Snelli. + S. Willelmi filii Rogerii heredis scilicet ipsius, qui, ut omni paternæ conventioni annueret et partem suam condonaret .XIII. libras et .X. solidos a nobis accepit. + S. Hugonis fratris ejus. + S. Rodulfi de Cruiz mara. + S. Tuoldi filii Osberni de Freschenes. + S. Gulberti filii Rodulfi de Cruiz mara. + S. Hugonis de Flammen villa. Ex nostra parte : + S. Ricardi senescal. + S. Bernardi coci. + S. Ansfredi coci. + S. Ascelini prepositi. + S. Rodulfi filii Benzelli.